nulla tamen distracti. tamquam qui absque men
tis turbacione uiuebant. et sine sollicitudine
diem crastinum et serotinum hospicium expectabant
Multa quidem eis in diuersis partibus orbis in
ferebantur conuicia. tanquam personis despica
bilibus et ignotis. Verum amor ewangelii christi
adeo ipsos pacientes effecerat. ut quererent
pocius ibi esse ubi persecutionem paterentur in corpore.
quam ubi cognita sanctitate ipsorum mundano pos
sent gloriari fauore. Ipsa quoque rerum penuria
sic habundans eis uidebatur ubertas. dum iuxta
consilium sapientis. pro magno ipsis minimum
complacebat. Sane cum ad infidelium partes ali
qui ex fratribus peruenissent. contigit ut quidam
sarracenus pietate commotus. pecuniam eis offer
ret. pro necessario uictu. Illis autem recusantibus
accipere. admiratus est homo. cernens quod inopes erant.
Intellecto tandem. quod pro amore dei pauperes effec
ti. pecuniam possidere nolebant. tanta est eis af
fectione coniunctus. ut offerret se administran
dum necessaria omnia. quamdiu facultatum sibi
aliquid sic esset. O inestimabilis preciositas pau